

1322 März 23 Braunschweig. Ritter Balduin v. Wenden sendet Herzog Otten drei Hufen nebst einer Wurt zu Sickte auf, damit er sie dem Bürger Heinrich Conradi eigne. [42]

Original im Stadtarchive (unter den Urkunden des Matthäikalands); das Siegel fehlt. Rückvermerk des xiv Jahrh. Tzichte. Gedruckt bei Gebhardi, Hist. Nachr. von dem Stifte St Matthäi in Braunschweig, S. 82.

5 **O**MNIBUS Presentia visuris feu auditoris ego Bolduwinus miles, filius quondam strenui militis Bolduwini de Wenden bone memorie, cupio fore notum, quod illustri principi domino meo, domino . . . Ottoni duci in Brunswic tres mansos et aream unam sitos in campis et villa Sickthen cum suis pertinenciis, quos ab ipso in pheodo tenui et Hinricus Conradi, civis in Brunswic, a me ex collatione legitima sibi facta tenere dinoscebatur in pheodum, resignavi publice et expresse renunciando omni juri, quod michi feu heredibus meis competebat feu competere poterat in eisdem. Et has eciam resignationem et renunciationem meo et heredum meorum nomine facio per presentes, ita tamen, quod idem dominus dux suo et fratrum suorum nomine, quorum interfit, in prefatum Henricum Conradi et heredes suos et quemlibet ipsorum prefatos mansos cum proprietate et pertinenciis suis omnibus transferat proprietatis titulo possidendos. 15 Quam quidem translationem proprietatis feu premissorum debere fieri per dictum dominum ducem promitto fideliter per presentes, adiciens, quod, si forsan eundem Henricum et heredes suos feu alterum ipsorum super premissis mansis et pertinenciis a quoquam heredum meorum collateralium vel a me vel ab ipsis descendencium vel ab aliqua persona alia ecclesiastica vel mundana dictos mansos tamquam sibi debitos feu pertinentes vendicare ab ipso Henrico feu heredibus suis volente contigerit inbrigari, ipsos a briga hujusmodi debeo disbrigare et debitam de premissis omnibus et quolibet premissorum ipsis warandiam facere secundum jus et bonam terre consuetudinem approbatam, ad quod eciam sub obligatione fidei per hec scripta firmiter me astringo. Datum Brunswic anno domini millesimo ccc° xxij° feria tertia post dominicam Letare.

1322 März 23. Der Edle Walther v. Dorstadt eignet Bernhard Kalen siebenthalb Hufen, den Zehnthof und drei Kothöfe zu Vallstedt. [43]

Zwei Originalausfertigungen, von einer Hand und gleichem Wortlaut, zu Wolfenbüttel (unter den Urkunden von St Blasien); die vier Siegel, deren drittes, das des Edeln v. Meinerfen, von der einen Ausfertigung abgefallen ist, an rothen Seidensträngen. Rückvermerk der einen Ausfertigung Littera super dotacione fructuum et proventuum altaris beate Katherine in ecclesia sancti Blasii Brunswic hic deposita per Bodonem 30 ad fideles manus 1449.

IN Dei nomine amen. Nos Woltherus nobilis de Dorstat ad noticiam omnium tam presentium quam futurorum, quibus prefens scriptum ostensum fuerit, publice volumus pervenire, quod cum expresso assensu et consensu liberorum nostrorum, Borchardi filii nostri, militis, et fili-